

9

EXAMINA. SOLEMNIA.

GYMNASII. FRANCOFURTENSIS.

JUSSU. ET. AUCTORITATE.

SUMME. VENERANDI. CONSISTORII.

AUG. CONF.

H O C. I P S O. V E R N O. T E M P O R E.

PUBLICAE. CELEBRANDA.

EA. QUA. DECET. PIETATE. ET. OBSERVANTIA.

INDICIT.

Ioannes. Theodorus. Voemel.

Rector et Professor.

Breviter agitur de incolis Thessaliae antiquissimis.

FRANCOFURTI. MDCCCXXIX.

TYPIS. BROENNERIANIS.

Bibliothèque Maison de l'Orient



168928

§. 1. Proœmium.

Quicumque res Graecas ab ipsorum Graecorum memoria propter vetustatem remotas ex literarum monumentis repetere et secretos antiquitatis locos adire ac perscrutari instituerit, ab omni parte in Thessaliam eandem usquequaque remittetur. Inde enim videt colonos deductos populosque egressos; ibi delectatas esse audit MÛsas et Apollinem commoratum Deosque Graecorum inprimis cultos; ibi Deucalionis eluvio effusa, ibi genus humanum ab eo restitutum carminibus fabulisque celebratur. At pro aetatis iniquitas! quae Graeciae Graecorumque parens dicitur, quae inter reliquas maxima est¹, ea ipsa terra est ignota², ejusque historiarum, regionum, partium descriptio quaestionibus concutitur omnium fere difficillimis; et interierunt libri veterum historicorum, qui operam et studium ei disquisitioni navaverant, Aristotelis, Euphorionis, Ephori junioris, praeterea Archini, Batonis, Philocratis, Rhiani, Staphyli Naucraticae, Suidae prioris (de quibus vid. G. Vossii Hist. Graec. suo loco) aliorumque; restant narrationes mulierularum fabulosae; augetur difficultas ipsâ rerum copiâ. Namque ibidem

1) Campestris solius Thessaliae et Magnesiaë circulus continebat 3000 stadia (Hieronymus ap. Strab. Lib. IX. extr. p. 443) sive 75 Mill. Geogr.

2) De Thessalia universa vide praeter alios Beckii Histor. Univ. Vol. I. p. 330 sqq. et p. 831 sqq. ed. 2dae. Siebelis Symbol. ad Hellen. p. 82 sqq.

eluviones frequenter aliae aliis temporibus subsecutae sunt³, civitates et gentes ob perpetuas migrationes, turbas, permixtiones confusae esse videntur, et fines nunquam non partesque totae et singulae pro imperio eorum, qui rerum potiti erant, multas et varias mutationes habuerunt⁴, unde factum est, ut veteribus jam rem diligenter perscrutantibus obfunderentur merae tenebrae⁵. Ut unam ac non difficillimam quaestionem exempli causa proponamus, de partibus Thessaliae dissentiunt et veteres et recentes. Apud Homerum decem ejus partes et regna reperimus⁶. Eandem alii⁷ in duas partes diviserunt, in Pandoram et in Haemoniam; alii⁸ in superiorem et in inferiorem, alii⁹ in meridionalem et in septentrionalem. Hellanicus¹⁰, Strabo¹¹, Ptolemaeus¹², Eustathius¹³ quatuor partes nominant has: Thessalotidem, Phthiotidem, Pelasgotidem et Hestiaeotidem; Scholiasta Apollonii¹⁴ tribus illis primis pro Hestiaeotide addit Iolcitudem quartam; alii, praecipue historici, populos pro terrae partibus praetulerunt dicere Thessalos, Magnetes, Perrhaebos, Achaeos Phthiotas¹⁵; Demosthenes alibi¹⁶ Tetrarchias, alibi¹⁷ Decatar-

- 3) Strab. Lib. IX. cap. 5. §. 20. p. 441 extr.
- 4) Strabo loc. cit. §. 4. p. 430 C. §. 8. p. 433 B. §. 10. p. 434 B.
- 5) Strabo loc. cit. §. 21. p. 442 init.
- 6) Homer. Iliad. B' vs. 781 sqq. cf. Strab. loc. cit. p. 430 C. ibique Casaub. p. 184.
- 7) Apud Strab. Lib. IX. cap. 5. §. 23. p. 443.
- 8) Strab. loc. cit. p. 437.
- 9) Strab. loc. cit. §. 6. p. 431 extr.
- 10) Ap. Harpocrat. s. v. *Τετραρχία*.
- 11) Loc. cit. §. 3. p. 430. Vide infra §. 8. not. 4.
- 12) Tab. X. cap. XIII. p. 84 ed. Hond.
- 13) Ad Hom. Iliad. B' vs. 683. p. 320, 28 ed. Rom. ubi ante *αιώνιν* exciderunt litterae *Εστ*, et legendum *Εσταιώνιν* pro *Αιώνιν*.
- 14) Ad Lib. III. vs. 1089. p. 258 ed. Schäf.
- 15) Isocrat. Orat. Phil. §. 20 sq. ed. Bekk. Vol. I. p. 320 ed. Aug. Diodor. Lib. XII. cap. 51. Lib. XV. cap. 80. Cf. Thucyd. Lib. II. cap. 101. Senatus Cons. ap. Livium Lib. XXXIII. cap. 32. cf. cap. 34. Lib. XXXVI. cap. 15.
- 16) Phil. III. §. 26 p. 117.
- 17) Phil. II. §. 22 p. 71.

chiam ab eodem Philippo eodem tempore in Thessalia constitutas esse vituperat¹⁸. Magis etiam sibi repugnant recentes, quos nunc omittimus.

At longe vehementius populorum multitudine studiosus antiquitatis cruciatur. Habitarunt enim Thessaliam, quot nos quidem invenimus, hi 30 populi et gentes: I. Barbari (Illyrii?), Thraces, Pieres, Talares. II. Pelasgi, Perrhaebi, Phthii, Graeci (*Γραικοί*); Centauri, Lapithae, Phlegyae (Gyrtonii). — Curetes, Leleges. III. Hellenes, Aeoles, Minyae, Athamanes, Magnetes, Macedni (Macedones), Dores, Achaei; Cadmei, Boeoti; Hestiaci; Myrmidones, Dolopes; Thessali; adeoque Lacedaemonii. Accedunt Aethices et Aenianes (Oetaei), ut, qui a locis dicti videntur, et Thessaliae finitimi (Malienses, Othrytae, Dryopes¹⁹), et familiae (Heraclidae, Aleuadae, Asclepiadae) silentio praetermittantur.

In quibus recensendis nos Thessaliae fines intelligimus, quos Herodotus descripsit²⁰. Illos pro diversis temporibus et perpetuis migrationibus diversos fuisse consentaneum est; Thessalorum enim gloria et Macedonum effecit, ut vicini, maxime Epirotae, vel ultro vel invite Thessalis et Macedonibus adscriberentur, ut Athamanes, Aethices et Talares Thessalis²¹.

Talem vero nos quidem molem non sine errore aliquo disposituros nec nostris cervicibus tantum onus sustenturos esse libenter confitemur, siquidem nemo neque ex raris et vitiosis fragmentis statuam componit integram et absolutam neque omnino angustis prolusionis scholasticae limitibus tantam illam causam copiose perscribit; namque de

18) Vide infra §. 8 extr.

19) De Dryopibus vid. Strab. Lib. VIII. cap. 6. §. 13 p. 373 ibiq. Tzsch. Lib. IX. cap. 5. §. 10. p. 434. Lib. VII. cap. 7. p. 321 C. Beck. Hist. Univ. Vol. I. p. 845 et Ofr. Mülleri Dor. Vol. I. p. 44 sq. Siebel. Symb. ad Hellen. p. 135.

20) Lib. VII. cap. 129. Cf. Strabo Lib. IX. cap. 5. §. 1. p. 429 sq. Eustath. Iliad. B' vs. 684. p. 321, 25.

21) Strabo loc. cit. §. 11. p. 434.

Thessaliae primordiis juste disserere est Graeciae historias antiquas explorare. Sed ego aliud quid agens et quaerens in hunc locum incidi; quare certis quidem auctoribus nixus neque opinionibus alienis vel meis ductus, timide tamen Thessaliae antiquos colonos enarrabo, et, ne narratio lumine suo careat, tempus coloniis eo immissis adscribam.

At in hoc antiquitatis templum ingredienti cuique et in vestibulo commoranti statim difficultas maxima apparet. Nam e Troja eversa scriptores, quo antiquitus res evenerint, spatium temporis metiuntur idque alii fama traditum affirmant, alii aliud calculo et opinione efficiunt. Itaque non ἀποροσδιονύσως agemus:

§. 2. De tempore Trojae eversae.

Sed, *Heus tu amice*, hic clamat fortasse quis doctus, *cave, ne incalceatus in montes!* At video rubos tribulosque et profecto ipse sensi; audio scilicet Ephoros, Callisthenes, Theopompos, Diodoros¹, alios², qui negant ullum ante Olympiades Coroebi tempus definiri posse. Annus quidem Trojae eversae certo definiri non potest, nedum dies, quam et is vulgo traditur³; nec nos ante Trojam eversam annum rebus

1) Diodor. Lib. IV. cap. I.

2) Vide Mitfordii Hist. Graec. Vol. I. Append. cap. III. p. 199 sqq. Vers. Germ.; Anonym. De Marm. Par. p. 81 sqq. ed. Wagner; Gattereri Histor. Univ. Synchron. III. p. 314 sq.; Mannerti Geogr. Vol. VII. p. 525 sqq.

3) Ephorus, Callisthenes, Damastes et Phylarchus ap. Plutarch. Vit. Camilli p. 138 B. Francf. Marmor. Par. Ep. 25: Μηρός Θαρρηλιώνος ἐβδόμη φθίνοντος i. e. 22—23 Thargelionis, non 27, quod scribit Larcherus (p. 581), qui adeo ad nostrum Calendarium eum diem deduxisse sibi videtur, 23 Majum. At alii eodem jure 18 ejusdem mensis, alii 24 Aprilis finxerunt (Historia Mundi Univers. Vol. IV. p. 611 ibiq. Baumgart.) et Jos. Scaligerus 16 Junii (Emend. Temp. Lib. V. p. 206), sed Petavius 12 Jun. (Ration. Temp. II. Lib. II. c. 10). Scilicet ante Canonem Metonis! Dionys. Halic. (Ant. Lib. I. c. 63.) tradidit ὀγδόη φθίνοντος Θαρρηλιώνος, et omnium omnino accuratissime e calculo Atheniensium: Ἴλιον γὰρ ἤλω τελευτώντος ἡδὴ τοῦ θέρους, ἐπτακαίδεκα πρότερον ἡμέραις τῆς θειρῆς τροπῆς, ὀγδόη φθίνοντος μηνὸς Θαρρηλιώνος, ὡς Ἀθηναῖοι τοὺς χρόνους ἀγοῦσι. Nam noctu capta esse Troja dicitur. At

gestis adsignamus vel a Diodoro Siculo (I, 5) docti: *Τῶν δὲ χρόνων, αἰτ, τοὺς μὲν πρὸ τῶν Τρωϊκῶν οὐ διοριζόμεθα βεβαίως διὰ τὸ μηδὲν παρὰ πηγάμα παρεληφέναι περὶ τούτων πιστευόμενον.* Aetas vero est quaerenda, quam Chronologi rebus adsignaverint, nisi forte antiquitatis carmina, narrationes, traditiones, loca, fluvios, montes, viros, omnia confundenda et commiscenda, aut omnino neganda et tollenda esse censeamus⁴. Aetatibus igitur hominum numerandis et deducendis veteres tempus ita significaverunt, ut Herodotus⁵ et qui eum

alios dies tradiderunt alii. Vid. Clement. Alex. Strom. Lib. I. p. 381 ed. Pott. Humphr. Prideaux ad Marm. Par. Not. Chronoll. p. 250 sq. Jackson. Antiqq. Chronoll. p. 933 sq. Vers. Germ.

4) Gattereri Hist. Univers. Synchron. P. III. p. 315.

5) Herod. Lib. II. cap. 142 ibiq. Wess. — Dionysius quoque Halic., quanquam negat Raoul-Rochettius Histor. Colon. Graec. Vol. I. p. 174. not. 3, Larcherum vituperans, et Prideauxium ad Marmora Par. Ep. 6. p. 129 not. p sequens, 3 aetates pro 100 annis computat. Namque utroque loco, quem Prideauxius ad suam sententiam probandam citavit, Dionysianam unam aetatem esse 25 annos, quia 17 aetates sive 432 annos intercessisse inter Trojam captam et Romam conditam dixerit, id non dicitur. Dicitur autem Ant. Lib. I. cap. 71: *τῶ δ' ἑξῆς ἔπει τῆς Νομίτωρος ἀρχῆς, δευτέρῳ δὲ καὶ τριακοστῷ καὶ τετρακοσιοστῷ μετὰ τὴν Ἰλίου ἄλωσιν, ἀποικίαν στείλαντες Ἀλβανοὶ Ρωμύλον καὶ Ρώμον τὴν ἡγεμονίαν αὐτῆς ἔχόντων.* quod repetitur Lib. II. cap. 2: *Γενεᾷ δ' ἑκκαίδεκάτῃ μετὰ τὸν Τρωϊκὸν πόλεμον Ἀλβανοὶ συνοικίζουσιν ἄμφω τὰ χωρία ταῦτα. — ἐπειγίσθη μὲν οὖν ἡ πόλις ὑπὸ τούτων τῶν ἐθρῶν ἐν αὐτῷ δευτέρῳ καὶ τριακοστῷ καὶ τετρακοσιοστῷ μετὰ Ἰλίου ἄλωσιν ἐπὶ τῆς ἐβδόμης ὀλυμπιάδος.* Quam rem ex accuratissima disquisitione Eratosthenis Dionysius observavit loc. cit. Lib. I. c. 74. Quid autem ibi de 17 aetatibus aut de una aetate 25 annorum? Immo inde nihil efficitur, quam ut ex Dionysii narratione 15 aetates a bello Trojano vel 432 anni a capta Troja usque ad Romam conditam praeterierint, et una aetas pacis 30 annos complectatur. At idem Lib. II. cap. 59 et alibi 3 aetates pro 100 annis numerat. Hanc rationem nos quoque secuti sumus; ipse enim aetatem non intellexit certum annorum numerum. Vid. Dodwell. Diss. de Aetat. Dionys. init. Clemens autem Alex. 5 aetates numerat pro 100 annis. Strom. Lib. I. p. 379, ut una aetas = 20 annis sint. Vid. Potterum p. 378. not. 10. Sed idem Clemens p. 401 disertis verbis dicit: *εἰς μέντοι τὰ ἑκατὸν ἔτη τρεῖς ἐγκαταλέγονται γενεαί.* Heraclitus et Diodorus 30 annorum spatium aetatem circumscripserunt, quia eo spatium natura humana orbem absolverit. Vid. Diodor. Lib. II. cap. 55 ibiq. Wess. Sunt enim aetates aut naturales aut civiles. Civilis aetas complectitur $33\frac{1}{3}$ annos, naturalis pro ratione diversa varia est. Vid. Censorin. De Die Nat. cap. 17 ibiq. Lindenbrog. p. 79. sq. ed. Haverc. Siebel. Symbol. ad Hellen. p. 93 sq. Ipseque Herodotus alio loco (Lib. I. cap. 7, quem Larcherus depravatam esse falso putat) aetatem naturalem 23 annorum posuit.

secuti sunt, 3 aetates pro 100 annis, itaque unam aetatem pro $33\frac{1}{3}$ annis ponerent.

Recentes pro varia ratione inita annum eversae Trojae deduxerunt varium, cujus rei videnda est Larcheri singularis disquisitio ⁶. Ipse Larcherus Dodwelli et Frereti ⁷ vestigia premens, quanquam Herodotum et Thucydidem testes invocat, infirmis tamen argumentis nixus, anno ante Chr. natum 1270 Trojam eversam esse opinatur, illumque secutos videmus et alios et Raoul-Rochettium ⁸. Clavierus ⁹ contra anno 1104 a. Chr. id factum esse perhibet. Minus a vero illi aberrassent, si, suis rationibus fallacibus relictis, non conjecturae sed testibus confisi (ut de Duride ¹⁰ a Troja capta ad Alexandrum in Asiam transvectum 1000 plenos annos numerante taceamus) cum Eratosthene ¹¹, Porcio Catone accuratissimo et Dionysio Hal., qui peculiari libro hanc rem diligenter exposuit ¹², cum Apollodoro Atheniensi et Diodoro Siculo ¹³, cum Eusebio ejusque auctoribus ¹⁴ anno Chr. 1182 (1180—1184), aut saltem, ne omnium traditiones ¹⁵ referamus, cum Dicaearcho et Marmoribus Parisiis, quibus Marshamius et Gattererus ¹⁶ suffragati sunt, anno Chr. 1209 Trojam excisam esse tenuissent. Illos comprobaverunt Scaligerus, Petavius, Usserius, Salmasius, Corsinius, Jacksonius, Simsonius, Wesselingius, alii. Neque vero nos ii sumus, qui temere prudentis

6) Larcheri Chronologia cap. 14. sive Herod. Vol. VII. p. 352—404.

7) Dodwell. Annal. Thucyd. init. p. 38 sq. Fréret. Acad. Reg. Par. Vol. XLVII. p. 29 sqq.

8) Historia Coloniarum Graecarum.

9) Historia Graeciae antiquissimae. Vol. I. p. 388—395.

10) Ap. Clement. Alex. Strom. Lib. I. p. 403 ed. Potter.

11) Ap. Clement. Alex. loc. cit. p. 402.

12) Dionys. Hal. Antiq. Lib. I. cap. 74. Citatus est idem liber a Clemente l. c. p. 379.

13) Diodor. Lib. I. cap. 5.

14) Cf. Corsinii Fast. Att. Vol. III. p. LII. sqq. Adde Paul. Oros. Lib. I. cap. 17.

15) Vid. Clintonis Fast. Hellen. Introd. p. VI sq. ed. 2dae.

16) Histór. univers. synchron. III. p. 319 sqq. Gattererus observavit Marmora Paria plerumque 25 annis ab aliis Chronologis differre. Cf. Marsham. Canon. Chron. p. 249 et p. 328 ed. Lips.

Plutarchi ¹⁷ consilio adversemur, ita sentientis: *Ὅ μοι δοκῶ προήδισταί χρονικοῖς τισὶ λεγομένοις κανόνιν, οὗς μυρῖοι διορθοῦντες ἄχρι σήμερον εἰς οὐδὲν αὐτοῖς ὁμολογούμενον δύνανται καταστῆσαι τὰς ἀντιλογίας.* Nimirum Chronologorum quisque a Troja capta ad primam Olympiadem pro rationum suarum varietate varios annorum numeros constituebat. Sed ea nos delibavimus tantum, ne imprudenter in annis assignandis Larcherum ejusque tabulas, quae maximi a doctis aestimantur, reliquisse videamur.

§. 3. Coloniae Pelasgicae in Thessalia.

Pelasgi, de quibus nemo fortasse sine errore scripserit ¹, non iidem populi intelliguntur ², sed tria, ut opinamur, hominum genera ubique confusa: 1) Pelasgi Argivi et Arcadici; 2) Tyrrhenici et vagi; 3) latissimâ notione, quotquot diversissimi ante Hellenes in Graecia fuerunt incolae antiquissimi ³ primique sive *αὐτόχθονες* ⁴. Iam Inacho (Ἰνᾶχ) Oceani filio ⁵ Argis, ut Eusebius tradit, per 50 annos ⁷ regnante (i. e. 160—210 annis post Abrahamum natum, sive, quum secundum eundem

17) Vit. Solon. cap. 27. p. 93 C.

1) Wachsmuth. Antiq. Graec. Vol. I. p. 25 sq.

2) Wachsm. loc. cit. p. 32.

3) Strabo Lib. VII. p. 327 D. cf. Lib. V. p. 220 C. D.

4) Spanheim. ad Callim. p. 607 sq. Cf. Wachsm. loc. cit. p. 25 sqq. p. 44 sq.

5) Fréret. in Acad. reg. Paris. Vol. XLVII. p. 36 sq. cf. infra §. 6. not. 23.

6) Apollodor. Bibl. Lib. II. init.

7) Eusebii Can. Chron. p. 81 ed. Scalig., ubi γ' 50, non 60, ut vult Larcherus, significat. Secundum Clementem Alex. Strom. Lib. I. p. 379 ed. Potter. ab Inacho ad res Trojanas numerantur viginti aetates vel plures, anni autem quadringenti vel plures i. e. 1582 a. Chr., qua aetate idem vixisse dicit Moysen. Larcherus numeravit hoc temporis spatio 23 aetates et initium regni Inachi posuit a. Chr. 1986. Loc. cit. p. 309 sqq. Gattereri vero eundem Eusebium sequentis (Hist. Univ. Vol. II. p. 58) calculum non assequor.

Eusebium⁸ a. Chr. 2015 Abrahamus natus sit, a. Chr. 1855—1805) Phoenices⁹ commercii causa in eum locum venerunt¹⁰, neque in Graecia ulla res vetustior memoriae hominum commendata est¹¹. Inde in Thessaliam, licet Thesprotia vicina jam culta esset¹² a Pelasgis¹³, primi coloni profecti sunt. Argus sive, Acusilao¹⁴ auctore, Pel-Argus sive Pelasgus primam coloniam Argis in Thessaliam duxit¹⁵. Ἄργος, quod nomen in hac re toties recurrit, significavit apud Thessalos et Macedones i. q. πεδῖον, *campum, planitiem*¹⁶, praesertim maritimam¹⁷, et Pel fortasse ejusdem originis est, cujus Bel¹⁸, aut, quod magis placet, docente

8) Loc. cit. p. 186.

9) Ipse Inachus Phoenix fuisse videtur aliis, aliis Aegyptius. Beck loc. cit. p. 350 sq. Fréret. loc. cit. p. 37. Cf. Raoul-Rochett. loc. cit. I. p. 85 sqq.

10) Herod. Lib. I. cap. I.

11) Pausan. Lib. II. cap. 15. §. 4. p. 144. cf. Platon. Tim. p. 22 A. — Arcades antiquissimi Graecorum dicuntur Xenoph. Hell. Lib. VII. cap. I. §. 23. cf. Heynii Opuscul. Acad. Vol. II. p. 332 sqq. Vide infra not. 34. Ab aliis Thesproti antiquissimi Graeciae incolae celebrantur. Vid. Palmerii Descr. Graec. ant. p. 47 sq.

12) Vid. Creuzer. Mythol. Vol. IV. p. 151 sqq.

13) Palmer. loc. cit. cf. p. 259 sqq. et p. 323 sq. Wachsmuth. loc. cit. p. 27 not. 12. Contra Raoul-Rochettius loc. cit. p. 212 sqq. putat a Thessalicis Pelasgis eluvionem Deucalionis fugientibus cultam esse Thesprotiam.

14) Acusilaus ap. Apollodorum Bibl. Lib. II. cap. I. §. I.

15) Reiner. Reineccii Syntagm. de Famil. Vol. I. p. 350 sqq. Ejusdem Histor. Julia Vol. I. Tab. XXIII, ubi et alia diversa ejusdem personae nomina diversis personis tribuit et hunc Argum et Pelasgum fratres esse putat. Saxii Tab. Geneal. IX et V. Cf. Clavieri Tab. Geneal. Inachi in Hist. Graec. ant. Vol. III.

16) Eustath. ad Odys. Σ' vs. 246. p. 1845, 15.

17) Eustath. ad Dionys. Per. vs. 419. p. 175 ed. Bernh.: Πᾶν σχεδὸν παραθαλάσσιον Ἄργος ἐλέγετο. ex Stephano Byz. s. v. Ἄργος.

18) Quod ne mireris tanquam commentum, cogita Apollinem et Ἀβέλιον idem esse nomen. Vid. Hesych. s. v. Ἀβέλιος ibiq. Alberti. Cf. tamen Otrfr. Mueller. Dor. Vol. I. p. 301. Phoenices item inprimisque Carthaginienses Bal nominibus ducum adjiciebant, ut Adher-Bal, Asdru-Bal, Hanni-Bal; praeponebatur quoque hoc nomen. Vid. Reinesii Ἰστοριονομεία Linguae Punicae cap. VII. cf. cap. VI. Creuzer. Myth. Vol. II. p. 86. sqq. Belus Inachida quoque invenitur Reiner. Reineccii Hist. Jul. Vol. I. Tab. XXIII. Saxii Tab. Geneal. V.

Otfr. Muellero¹⁹ derivandum est a verbo *πέλω* i. q. *verso*²⁰, sive *πο-λῶ*²¹, unde *πόλις*²² et, ut eidem videtur, *Πελώρια*, de quibus proxime; qua ratione *πέλαργος* eum significat, *qui campos colit*²³. Et vero campos ad fluvios et maria protentos colebant Pelargi²⁴ qui olim dicti erant²⁵, unde Pelarges mysteria Thebis²⁶, et Athenis *τείχισμα Πελαργικόν*²⁷. Alia veriloquia facile quisque inveniat²⁸; quid enim facilius quam hariolari et literarum sonum sectari? Nec nunc omnino de Pelasgis²⁹ agendum esse sentiens, redeo ad propositum.

Pelasgus³⁰ igitur, sive fuit Niobes filius Inachi pronepos³¹, ergo circa 1800 a. Chr.³², sive hujus Pelasgi pronepos et Arestoris (Agenoris) filius idemque, qui Argus Panoptes et Aleuae filius³³

19) Orchom. p. 125. not. 6.

20) Etymol. M. s. v. *πόλις*.

21) Scheidius ad Lennep. s. v. *πολέω*.

22) Scheidius loc. cit. s. v. *πόλις*.

23) Otfr. Mueller. loc. cit. Wachsmuth. loc. cit. I. p. 28. not. 24. De nomine Pelasgorum cf. Philochor. ap. Strab. Lib. V. p. 221 ibiq. Siebelis p. 13 sqq. Servius ad Virg. Aen. Lib. VIII. vs. 600.

24) Strabo Lib. XIV p. 976. Tyrreni Pelasgi maritimam oram habitabant. Otfr. Muelleri Etrusci p. 83.

25) Strabo Lib. V. p. 221 D. Lib. IX. p. 397 A. Hesych. s. v. *Πελαργικοί τόμοι*. Idem s. v. *Πελαργοί*. Etym. M. p. 659, 12, ubi aliae etymologiae inveniuntur.

26) Pausan. Lib. IX. cap. 25. §. 6. p. 759.

27) Callimachi Fragm. No. 283.

28) Fréret. loc. cit. p. 87.

29) De Pelasgis vid. Palmerii Descr. cap. IX. — Beck. Hist. Univ. Vol. I. p. 347 — 364 ibiq. citt. — Larcher. Herod. Vol. VII. p. 215 sqq. — Siebelis Symbol. ad Hellen. p. 91 sqq. ibiq. citt. — Mueller. Aegin. p. 9. Ejust. Dor. Vol. I. p. 6. — Kruse Hellas Vol. I. p. 404 sqq. — Fréret. loc. cit. p. 82 sqq. ibiq. citt. — Wachsmuth. loc. cit. Vol. I. p. 25 sqq. — Hüllmanni Init. Hist. Gr. p. 109 sqq.

30) Palmerius loc. cit. p. 41 sq. Beck. loc. cit. p. 354. Siebelis loc. cit. p. 92 sq.

31) Apollodor. loc. cit.

32) Secundum Larcherum is Pelasgus 1883 a. Chr. in Thessaliam profectus est.

33) Schol. Aeschyli Prom. vs. 570 (568).

cognominabatur et in Arcadium coloniam deduxerat³⁴, ergo posteriore tempore quam 1800³⁵, sive filius Inachi³⁶, sive Neptuni³⁷ i. e. mari ad-
 vectus, Argivus³⁸ certe et Inachi progenies, in eam terram, quae post-
 ea nominata est Thessalia, tum ut videtur Haemonia³⁹, cum primis
 venit incolis, postquam lacu inundata est⁴⁰. Montibus enim ea undi-
 que includebatur et ora maritima editior erat⁴¹, quam ut 5 magni flu-
 vii⁴², qui postea terram scindebant quorumque maximus erat Peneus,
 effunderentur. Tum Olympo terrae motu ab Ossa avulso per hiatus,
 quae Tempe vocabantur, Peneus se evolvit, et planitiem, etsi Nessonis
 major et Boebeis aliquanto minor et Xyniae⁴³ paludes restabant, sic-
 candam praebuit. Quod quum Pelorus⁴⁴ quidam Pelasgo, quicumque
 erat, renunciasset et campos mirae apparuisse amplitudinis et pulcritu-
 dinis addidisset, prae gaudio ipse ille et principes reliqui nuntio mensam
 laute instruxerunt promteque ministraverunt. Inde Peloria instituta
 esse dicuntur⁴⁵ et Pelasgi in novam terram migravisse. Haec ex
 Athenaei Deipnosophista superioribus addidimus; sed e Dionysii Hal.

34) Charax ap. Steph. Byz. s. v. *Παρθενία*. Apollodor. loc. cit. Segm. 2 sq. Schol. Eu-
 rip. Orest. vs. 1642 (1646) p. 543 ed. Matth.

35) Apollod. loc. cit. cf. Raoul-Rochett. loc. cit. p. 168 sqq.

36) Schol. Paris. Apollon. Rh. Lib. I. vs. 580. p. 46.

37) Schol. id. ibid.

38) Staphylus Naucratis ap. Schol. eund. ibid. Eckhel. Doctr. Num. Vol. II. p. 140.

39) Beckii loc. cit. Vol. I. p. 842.

40) Herodot. Lib. VII. cap. 129 ibiq. Valck. Strab. Lib. IX. cap. 5. §. 2. p. 430. Bato Si-
 nopensis orator et historicus ap. Athen. Lib. XIV. cap. 10. §. 45. p. 639 E. ibiq. Palmer. p. 527,
 ubi pro Itaemonis lege Haemonis. Senec. Quaest. Natur. Lib. VI. cap. 25. Cf. Siebelis Symbol.
 p. 84 sq.

41) Muelléri Dor. Vol. I. p. 19 sqq., ubi Thessalia describitur. cf. Wachsmuth. loc. cit. Vol. I.
 p. 11 sqq.

42) Herodot. Lib. VII. cap. 129.

43) De Xyniade vid. Schol. Apollon. Rh. Lib. I. vs. 68. p. 12 ed. Schaef. Mannerti Geogr.
 Vol. VII. p. 614.

44) Cf. Hesych. s. v. *Πελαγός*.


45) Bato apud Athen. loc. cit.

historia ⁴⁶ sexta aetate post Argum Niobes filium, sive circa 1600 a. Chr. Achaeus (?), Phthius ⁴⁷ atque Pelagus Larissae et Neptuni aut potius Haemonis filii ⁴⁸ primam Pelasgorum coloniam in Haemoniam ⁴⁹ deduxerunt incolisque barbaris, fortasse Illyriis ⁵⁰ aut Pieribus ⁵¹ aut Thracibus ⁵² expulsis, regionem e suis nominibus nominaverunt Phthiotidem,

46) Dionys. Hal. Ant. Lib. I. cap. 17. Raoul-Rochettius Larcherum Chronol. p. 231 sqq. et p. 316 sqq. sequens, duas diversas colonias Argis in Thessaliam deductas esse posuit. Cf. Clavier. loc. cit. Vol. I. p. 60. Beck. loc. cit. p. 359. Fréret. loc. cit. p. 81 sqq.

47) Quaeritur, diversine fuerint Achaei et Phthii? Achaei certe hellenicae, non pelagicae gentis fuerunt. Vide infra §. 4. not 45. Achaeos et Phthios multis locis Homerus aperte distinguit. Heynius ad Il. II. vs. 683. Vol IV. p. 263. Homeri aetate Achaei inter Phthios, sed Phthii latius habitabant, quam Achaei, nam etiam qui cum Protesilao et Philocteta, fortasse etiam qui cum Eurypylo erant, Phthii appellabantur. Strab. loc. cit. §. 3. p. 430. §. 7. p. 432. Heynius loc. cit. p. 363 sq. p. 367 sq. Achaei vero Achilli soli subditi erant, qui idem Myrmidonibus, Hellenibus et parti Phthiorum imperabat. Contra Otrfr. Muellerus Aegin. p. 16 alia omnia: "Late olim, inquit, in Thessalia patuit nomen Achaeorum, per totam, ut videtur, regionem austrinam, bello Trojano potentissimum, ut Achaeis etiam Myrmidones adnumerarentur. Achaeorum pars Phthii." Postero quidem tempore Achaeorum nomen etiam omnes Phthiotas complexum est. Strabo loc. cit. §. 9. p. 433. Eustath. loc. cit. p. 321, 12. Sed Plutarch. Vit. Pelopid. p. 295 A. et p. 297 D occurrit: *Φθιώται καὶ Ἀχαιοὶ ἅπαντες*. Ceterum ad discernendos Peloponnesiacos Achaeos Thessalici dicebantur *Ἀχαιοὶ οἱ Φθιώται*. Herodot. Lib. VII. cap. 132 ibiq. Diodor. Lib. XV. cap. 80. Strab. Lib. IX. cap. 5. §. 1. p. 429. Cf. Palmer. loc. cit. cap. IV. Harduin. ad Plin. Lib. IV. c. 7. §. 14. not. 29. p. 198.

48) Hanc stirpis partem quum ab aliis praeteritam videamus, adpingendam esse censemus e Dionysii loc. cit. et Eustath. ad Il. B' vs. 684. p. 321, 25, unde sexta actas apparet:



49) Inde Haemones pro Thessalis ap. Pindar. Nem. IV. vs. 91. De quibus Wachsmuth. Vol. I. p. 31. Mannert. Vol. VII. p. 527 sq.

50) Vide Otrfr. Mueller. Dor. Vol. I. p. 4 sq. Beck. loc. cit. p. 321. p. 346.

51) Heynius ad Hom. Vol. IV. p. 395.

52) Strab. Lib. I. cap. 1. p. 6 C. Lib. VII. cap. 7. p. 321 C. Wachsm. loc. cit. p. 33 sq.

Achaiam (?), Pelasgotidem⁵³, et, ut Peloponnesiacum Argos Larissa, sive Larum sedes munita⁵⁴, tutabatur, ita novam Larissam novumque Argos (*Ἄργος Πελασγικόν*) et Argiam (*Ἄργειαν*) sive Argissam, quae postea dicebatur Argura⁵⁵, ad Peneum aedificaverunt⁵⁶. Larissa etiam postero tempore caput Thessaliae fuit et sedes Aleuadarum, dum Philippus Amyntae filius civitatum formam mutavit⁵⁷. Aliam Larissam, quae *Κρεμαστή* sive Pensilis et Pelasgica dicebatur, alii Pelasgi, fortasse qui prius cum Argo migraverant, in ora maritima a sinu Malaico XX stadiis⁵⁸ sive unâ horâ distantem condiderunt. Quocunque enim Pelasgi venerant, ejus nominis primarium oppidum muniebant⁵⁹. At *Ἄργος Πελασγικόν*, jam veteres disputaverunt, urbsne fuerit postea diruta an regio⁶⁰? Quamquam totum spatium intra Peneum et Thermopylas situm dictum esse videtur *Ἄργος*⁶¹, attamen singula quoque urbs intelligenda est prope Larissam ad Peneum condita⁶². Habitabant

53) Dionys. Hal. Lib. I. cap. 17. cf. Raoul-Rochett. Vol. II. p. 107 sqq.

54) Vid. Creuzer. Myth. Vol. II. p. 848.

55) Strabo loc. cit. p. 440.

56) Eustath. ad Iliad. B' vs. 738. p. 333, 15: *Ἰστέον δὲ ὅτι τὴν ἐηθεῖσαν Ἀργισσαν εὐθηνται σπάνιά τινα τῶν ἀντιγράφων Ἀργειαν. — κείται δὲ φασιν ἐπὶ τῷ Πηνειῷ, κτισθεῖσα ὑπὸ τῶν παιδῶν Λαρίσσης.*

57) Strab. Lib. IX. cap. 5. §. 19. p. 440 C. D. Nostra Prolegomm. in Demosth. Phil. I. §. 24. not. 1 et 2.

58) Strab. loc. cit. §. 13. p. 435.

59) Strab. loc. cit. p. 440. Lib. XII. cap. 3. §. 2 sq. p. 620 sq. Cf. Otrf. Muellerei Orchom. p. 126. Beck. loc. cit. p. 840. Spanheim. ad Callim. Del. vs. 104. p. 468 sqq.

60) Strabo loc. cit. p. 431. Eadem disputatio de Hellade et de Phthia, eadem solutio: significatur iisdem nominibus et urbs et regio. Eustath. ad Il. B' vs. 683. p. 320, 25 sqq. Raoul-Rochett. loc. cit. Vol. II. p. 8. not. 2. Schlichthorstii Geogr. Homer. p. 17 sq. Muellerei Aegin. p. 15. not. 1. Eckhel. loc. cit. p. 148 sq. Wachsmuth. l. cit. p. 40. not. 14.

61) Vide quos citavit Raoul-Rochett. loc. cit. Vol. I. p. 177. not. 1. Adde Strab. Lib. V. p. 220 extr. Plin. Hist. Nat. Lib. IV. cap. 7. §. 14. p. 198: "Sequitur mutatis saepe nominibus Haemonia, eadem Pelasgicum Argos, Hellas, eadem Thessalia et Dryopis, semper a rebus cognominata."

62) Eustath. ad Dionys. Per. vs. 419. p. 175 ed. Bernh.: *ἐλέγετο δὲ φασὶ καὶ Θεσσαλικὸν Ἄργος ἢ νῦν Λάρισσα.*

tum vicatim et sparsis sedibus⁶³. Eodem modo Ἀχαιζὸν Ἄργος nonnunquam totam Peloponnesum significat⁶⁴.

Inter utrumque Argos commercium quaecumque fuisse apparet, inter patriam urbem et colonias. Namque etiam longo post tempore, quum Danaus Aegyptius Argivorum regnum mutavisset, Abas, qui pater Acrisii 500 fere annis post Inachum rex Argorum Peloponnesiacorum factus est, eodem cum colonis migravit⁶⁵. At idem ab Acrisio gestum esse alii falso tradunt⁶⁶. Acrisius enim 71 annis post Abantis regnum captum⁶⁷ Larissam, Teutamida rege gymnicum certamen edente, profectus et a Perseo nepote invito disci jactu necatus est⁶⁸.

Diversis igitur coloniis Pelasgi per varias hujus terrae regiones, per montes, valla, campos planos, cavos et altos, ut mox patebit, dissipati sunt; quorum qui posteriores⁶⁹, περαιολί, habitabant, Hesychio teste Περαιβοί dicebantur et Hellenibus⁷⁰ opponebantur.

§. 4. Colonia Curetum et Lelegum¹, Hellenum, rel.

Quum Pelasgi per quinque aetates sub Pelasgo, Haemone, Chloro, Haemone et Thessalo regibus² in ea terra, quae postea dicta est

63) Heynius ad Homeri Iliad. Vol. IV. p. 363.

64) Heynius loc. cit. p. 362. — De toto loco vide Tzschuck. ad Pomp. Mel. Lib. II. cap. 3. §. 4. Vol. III. P. 2. p. 191. Schlichthorst. Geogr. Hom. p. 20 sq. et p. 97.

65) Strab. loc. cit. p. 431 C.

66) Steph. Byz. s. v. Ἀχαιζὸν. cf. Schol. Apollon. Rh. Lib. I. vs. 40.

67) Ex Hieronymo Euseb. Chron. Can. ad annum XAA corrige x in xy.

68) Pausan. Lib. II. cap. 16. §. 1 sqq. Apollod. Lib. II. cap. 4. Segm. 4. Tzetza. ad Lycophr. Cass. v. 838. Cf. Raoul-Rochett. loc. cit. p. 179 sq.

69) Herodot. Lib. VII. cap. 128.

70) Scylax p. 25 ed. Hds. De Perrhaebis vide Beck. loc. cit. Vol. I. p. 845.

1) De Lelegibus vid. Palmerii Descript. cap. X. Beckii loc. cit. p. 312. p. 346. p. 360. Wachsmuth. loc. cit. p. 29 sqq. De Curetibus est locus classicus Strab. X. p. 462 sqq. Vid. Palmer. loc. cit. Lib. IV. capp. II et VIII. Siebel. Symb. ad Hellen. p. 58 sq. Boettigeri Amalthea Vol. I. p. 58 sqq.

2) Cf. Raoul-Rochett. loc. cit. pag. 180. not. 5.

Thessalia, mansissent, ex praestantissimis campis³ fructus percipientes et ad summam felicitatem provecti, circa sextam aetatem sive 1530 a. Chr.⁴, Graeco regnante, unde illi dicebantur Graeci (*Γραικοί*)⁵, expulsi sunt a Curetibus et Lelegibus, quos duxit Deucalion Promethei filius Japeti (Ἰαπετός)⁶ nepos⁷. Deucalionis quidem patria incerta est⁸, fortasse fuit Ionia⁹, Curetes autem in duo genera dividuntur¹⁰, alteri Cretenses¹¹ fuisse putantur, alteri Archemacho Euboeensi teste¹² Chalcide Euboeensi in Aetoliam antiquissimis temporibus commigraverant; et Leleges, qui plures erant populi, a Lelege Aegyptio post Carem regnante nominati esse dicuntur¹³. Ex his Cares¹⁴ (qui et ipsi Pelasgi erant¹⁵, sed, ut videtur, alius generis quam Argivi) dicti sunt, qui insulas maris Aethiici incoluerunt, et a Minoe inde ejecti redierunt in

3) Eurip. Troad. vs. 216 (214) sqq. Strab. Lib. IX. cap. 5. §. 2. p. 430. Wachsm. loc. cit. Vol. I. p. 23. not. 8.

4) In Marm. Par. Ep. IV. cll. cum Ep. II. Deucalionis eluvio 45 anno regni ejusdem et 1529 a. Chr. posita est. Cf. tamen Anglus Anonym. De marmor. Parisi p. 109 sqq. ed. Wagner. Clavier. Hist. Gr. Vol. I. p. 47. De eluvione ea vid Plat. Tim. p. 23 B. Creuzeri Mythol. Vol. IV. p. 151. sqq.

5) Aristot. Meteorol. Lib. I. c. 14. Vol. III. p. 33 ed. Sylb. et quos citant Beck. p. 348 sq. Palmer. loc. cit. Lib. I. cap. II. Raoul-Rochett. Vol. II. p. 4. not. 2. Fréret. loc. cit. p. 78.

6) 1 Mos. cap. X. vs. 1—5. Daniel. VIII. vs. 21. Palmer. loc. cit. cap. VIII. Gattereri Hist. univ. synchron. P. II. p. 76 et III. p. 314. Cf. tamen Humphr. Prideaux Notae histor. ad Marm. Par. p. 104. Ep. 2. cum Krusii Hellad. Vol. I. init. Fréret. loc. cit. p. 61. et p. 67 sq.

7) Clavier. Tab. Geneal. Japeti loc. cit.

8) Clav. Vol. I. p. 53 sqq. Humphr. Prid. loc. cit. p. 106. Wachsmuth. loc. cit. p. 40 sq.

9) Strabo Lib. VII. p. 321.

10) Strab. Lib. X. p. 462 sq.

11) Stephan. Byz. s. v. *Κρήτη* — : οἱ μὲν φασιν ἀπὸ Κόρης Κορήτην καὶ Κρήτην κατὰ συγχοπήν. Sed cf. Strab. loc. cit. p. 465.

12) Apud Strabon. loc. cit. p. 465. C.

13) Pausan. Lib. I. cap. 39. §. 5.

14) Palmer. loc. cit. cap. XII. Raoul-Rochett. loc. cit. p. 195 sqq. p. 205 sqq. p. 383 sqq. Mueller. Orchom. p. 400. p. 128. p. 130. not. 3. Fréret. loc. cit. p. 98 sqq.

15) Wachsmuth. loc. cit. p. 30.

continentem partemque Asiae tenuerunt, donec Hellenes eos sedibus privaverunt¹⁶.

Curetes et Leleges ubique copulantur. Iam ii Graecos expulerunt, quorum in fuga dissipatorum alii in Cretam abierunt, alii Cycladum insularum quasdam occupaverunt, alii in Boeotiam, Phocidem, Euboeam delati sunt, alii in Asiam transvecti circa Hellespontum multa loca obtinuerunt, alii circa Olympum et Ossam in ea, quae Hestiaeotis postea vocabatur, regione sedes posuerunt. Sed quum maxima eorum se pars ad Dodonaeos¹⁷ Thesprotiae¹⁸ contulisset suos cognatos¹⁹, quibus, ut sacris, nemo bellum inferre volebat, modicum ibi tempus comorata est, dum coloni Graeci missi sunt in Italiam²⁰.

At qui in Phthiotide resederant, paulatim se cum Hellenibus commiscebant. Deucalion quidem inter Asopum et Enipeum²¹ consedit²², dum Pelasgi Larissaei suis adhuc regibus utebantur suamque terram retinebant, quae Pelasgiotis dicebatur²³; a posteris autem illius imperium

16) Strabo Lib. XIV. p. 976 A. B. Heynii Opusc. Acad. Vol. VI. p. 492 sqq. Locus classicus est apud Strab. Lib. VII. p. 321 sq.

17) Ex Fréreti (loc. cit. p. 63 sq.), Gattereri (loc. cit. II. p. 77.) aliorumque opinione Dodonaei significantur nomine $\square\text{ד}^{\text{ד}}\text{ד}$. Sed dubitatio varietate nominis movetur Genes. cap. X. vs. 4 cll. cum Chronic. cap. I. vs. 7.

18) Strab. Lib. VII. p. 327 D. sq. De Dodona Epiri, parente Thessalicae Dodonae, vid. Muelléri Aeginet. p. 159. cf. Creuzer. Myth. Vol. II. p. 473 et Vol. IV. p. 151. Dissen. ad Pindar. Nem. IV. vs. 56 p. 385 extr.

19) Etiam Hellenes cum Dodonaeis Sellis cognatos fuisse putat Wachsmuth. p. 42 sqq.

20) Dionys. Hal. loc. cit. At cf. Otr. Muelléri Etrusci p. 75 sqq. p. 91 sqq. Fréret. loc. cit. p. 91 sqq. Wachsmuth loc. cit. Vol. I. p. 27 sq.

21) Conon. Narrat. XXVII. Cum Raoul-Rochett. loc. cit. Vol. II. p. 6 sqq. cf. Clavier. loc. cit. Vol. I. p. 61. Siebel. Symb. ad Hellen. p. 98 sq.

22) Herodot. Lib. I. cap. 56. Strabo Lib. IX. cap. 5. p. 432 A. id. ibid. p. 443 et quos alios citat Raoul-Rochett. Vol. I. p. 269. not. 2. Vol. II. p. 3. not. 4.

23) Apollodor. Lib. II. cap. 4. Segm. 4.

extensum est²⁴. Hellen filius, unde Hellenes²⁵ dicebantur ejus regionis incolae, in qua ante Graeci (*Γραικοί*) habitaverant, urbem terramque, quae a matre ejus Pyrrha dicta erat, ex more, quo cum rege terrae nomen mutabatur, Helladem appellavit²⁶, et tres filios reliquit: Aeolum, Dorum et Xuthum. Aeolo maximo natu patria terra tradita est²⁷, ejusque fratres nova regna fundaverunt²⁸, et multo plura filii multi: Cretheus, Athamas, Magnes²⁹, Mimas etc. Aeoli patris filiorumque populi omnes *Αιολεῖς* dicti sunt, et variis cum gentibus permixti, fuisse revera videntur *αιολεῖς* i. e. varii³⁰. Cretheus maximus natu³¹ condidisse dicitur Iolcum³², Minyarum coloniam³³ a Minya dictorum, qui Boeckhio³⁴ idem esse videtur, qui Menes primus rex Aegyptiorum. Mimas, qui patri successit, Arnam Aeolidis caput constituit³⁵, Athamas³⁶ Alum et Athamantium³⁷, unde Athamanes, qui postea

24) Hellenic. ap. Schol. Apollon. Lib. III. vs. 1084. p. 71 ed. 2dae Sturzii, quem vide.

25) De Hellenibus vide Palmer. loc. cit. cap. III. Wachsmuth. loc. cit. p. 38 sqq. Kruse Hellas Vol. I. p. 461 sqq. Heynius ad Hom. Il. B' vs. 683. Vol. IV. p. 363 sqq. Schlichthorst loc. cit. p. 19. Raoul-Rochett. loc. cit. Vol. II. p. 1 sqq. Mueller. Aegin. p. 15. Huellmann. loc. cit.

26) Marmor. Par. Ep. VI. ibiq. Prideaux. Palmer. loc. cit. Kruse loc. cit. p. 474. Wachsmuth. loc. cit. p. 310 sq.

27) Cf. Clavier. Vol. I. p. 61 sq.

28) Strabo Lib. VIII. p. 383. Conon. loc. cit. Pausan. Lib. VII. cap. 1.

29) Apollodor. Lib. I. cap. 7. Segm. 3. Raoul-Rochett. loc. cit. Vol. II. cap. 2.

30) Tzetzes ad Lycophr. vs. 1377. p. 137 b. Eustath. ad Dionys. Per. vs. 820 cf. ibid. Bernhardt p. 1009. Siebel. loc. cit. p. 99. Muellieri Aeginet. p. 31 sq. Fréret. loc. cit. p. 76 sq.

31) Apollodor. loc. cit. Sed Amyri filius secundum Steph. Byz. s. v. *Ἰωλκός* et Eustath. ad Hom. Il. B' vs. 712. p. 327, 40.

32) De Iolco vid. Beck. loc. cit. p. 835.

33) Eustath. ad Odys. A vs. 383. p. 1685, 55. Vid. Ofr. Muellieri Orchom. p. 248 sqq. p. 254 sq. Clavier. Vol. I. p. 63 sq. p. 169 sq.

34) Oeconom. Vol. II. p. 360. Cf. Buttmann. de Minyis in Acad. Berol. 1820. p. 206 sq.

35) Diodor. Lib. IV. cap. 67. Vol. III. Bip. Raoul-Rochette Vol. II. p. 13 sq.

36) De Athamante vid. Beck. loc. cit. p. 833.

37) De Athamantio Siebel. p. 107.

in Thesprotia habitaverunt³⁸; Macednus coluit agrum Macednum (*μακεδνόν ὑψηλόν*³⁹) Macedoniae finitimum⁴⁰; Magnes⁴¹ ad Pelium montem munivit urbem, quam ab uxore Meliboeam, postea Magnesiam ut totam regionem vocavit. Magnetes autem Homeri aetate non solum Pelion, sed etiam Ossam possidebant⁴². Praeterea Phylacus Deionis filius Aeoli nepos Phylacen, et Pheres Crethei filius Pheras condidit⁴³. Dorus, unde Dores⁴⁴ dicti sunt, cum suis ad Ossam et Olympum habitavit et Achaeus Xuthi filius e Peloponneso in Phthiotidem versus orientem et septentriones cum Achaeis revertit⁴⁵. Haec quidem traduntur, sed profanorum historiae innumeris fabulis scatent, et quid de nominibus fictis illis ducum censendum sit, jam dudum viderunt docti⁴⁶, ex eoque intelliges, quod Hellenes ipsi fuerunt Pelasgi⁴⁷. Magis etiam turbatur historia proximi temporis.

§. 5. Centauri et Lapithae.

Dum Pelasgi et Perrhaebi excitantur, turbantur, pelluntur, et Hellenes Aeolesque alii alio migrant, terras colunt, urbes aedificant regnaque

38) Apollodor. Lib. I. cap. 9. Segm. 2. Cf. Muelleri Orchom. p. 162. not 3. De coloniis Athamantis vid. Raoul-Rochett. Vol. II. p. 23 sqq. p. 58 sqq.

39) Hesych. Cf. Fréret. loc. cit. p. 9. not. b.

40) Cf. Raoul-Rochett. Vol. II. p. 12 sq. p. 68. Siebel. Symb. p. 135.

41) Apollodor. loc. cit. Segm. 6.

42) Eustath. ad Iliad. B' vs. 756 sq. p. 338, 10 sqq. Heyne loc. cit. p. 393.

43) Raoul-Rochett. Vol. II. p. 61 sq.

44) De Doribus vid. Beck. loc. cit. p. 840. Ofr. Muelleri Dor. Vol. II. Kruse Hellas Vol. I. p. 520.

45) Pausan. Lib. VII. cap. 1. §. 2. De Achaeis vid. Beck. loc. cit. p. 839. Wachsmuth. loc. cit. p. 39 sqq. p. 42 sqq. Kruse loc. cit. p. 513 sqq. Siebel. loc. cit. p. 86. Heyne loc. cit. vs. 684. Vol. IV. p. 367. Manso Sparta Vol. I. P. I. p. 12 sqq. Schlichthorst. loc. cit. p. 17 sq. Raoul-Rochett. loc. cit. Vol. II. p. 107 sqq.

46) Vid. Wachsmuth. loc. cit. p. 40. n. 20 et p. 44. Mannerti Geograph. Vol. VII. p. 525 sqq.

47) Herodot. Lib. VII. cap. 94 sq.

condunt: Centauri et Lapithae bellum gerunt fabulis carminibusque exaggeratum, quod nec magis ad nostrum propositum pertinet, quam celeberrima illa nomina: Chiron, Eurytus, Arneus, Medon, rel. Neque enim nunc fabulas explicare, sed res factas investigare consilium est.

Centauri et Lapithae unius ejusdemque¹ et Pelasgicae cujusdam² gentis fuisse, non populi diversi videntur³. Illi quidem nobiles Centauri et Hippocentauri nominati sunt, quia robustissimi vel in equis insidentes vel in plano stantes in certaminibus solemnibus (*ταυροκαθαρία*⁴) tauros in genua deflectebant⁵. Sed Lapithae, quos a Lapitha Periphantis⁶ filio Penei nepote, qui Peneum fluvium accoluerat⁷, dictos esse volunt, nominati sunt a verbo *λαπίσειν* i. e. *ἀλαζονεύεσθαι insolenter jactare, arroganter se gerere*⁸. Bellicosi enim ii et feroces vi et armis aliena opprimebant. Similiter Phlegyae, qui postea Gyrtonii fuerunt⁹, ἔθνος ὑβριστικὸν καὶ ἀσεβές¹⁰, a Phlegya Ixionis fratre dicti esse perhibentur, sed dicti sunt a vocabulo *φλεγῶν* i. e. *ὑβρίζειν*¹¹,

1) Diodor. Lib. IV. cap. 69.

2) Perrhaebicae originis Lapithas fuisse nonnulli putant ex loco Simonidis ap. Strab. Lib. IX. cap. 5. §. 20. p. 441 C: *Διὰ δὲ τὸ ἀγαμῖξ οἰκῆν Σιμωνίδης Πεσθαίωνος καὶ Λαπίθας καλεῖ τοὺς Πελασγίους ἅπαντας τοὺς τὰ ἔωα κατέχοντας* rel. At vide, quae mox narrabimus. De Lapithis et Centauris vid. Beck. p. 842—844. Siebel. p. 137 sq. ibiq. citt. Heynius ad Hom. Il. loc. cit. p. 388—391. Raoul-Roch. loc. cit. Vol. II. p. 282 sqq. Buttmann. De Minyis loc. cit. p. 197 sqq.

3) Clavier. loc. cit. Vol. I. p. 279 sqq. et Tab. geneal. Penei VI. in Vol. III.

4) Humphr. Prideaux Notae ad Marmor. *Ταυροκαθαριῶν* in Marmor. Par. p. 266 sqq.

5) Creuzeri Mythol. Vol. IV. p. 294 sq. Eckhelii Doctr. Numm. Vol. II. p. 132 sq.

6) Steph. Byz. s. v. *Λαπίθαι*.

7) Diodor. loc. cit.

8) Fréretus loc. cit. p. 11. not. c. derivat nomen a *Λαπάζω* i. e. *evacuo*, quia Lapithae campum Thessaliae evacaverint!

9) Strab. loc. cit. §. 21. p. 442.

10) Hesych. s. v. *Φλεγῶναι*. Cf. Pherecyd. Fragm. p. 134 ibiq. Sturz.

11) Eustath. ad Iliad p. 933, 14.

adeoque Beckius ¹², Clavierus ¹³, Raoul-Rochettus ¹⁴, Buttmannus ¹⁵ et Otrfr. Muellerus ¹⁶ Lapithas et Phlegyas eosdem et gentis Minyarum fuisse putant. Quod autem Centauri primi equos domuisse et ex iis pugnasse dicuntur, item Lapithae frenos et strata equorum primi omnium invenisse celebrantur ¹⁷.

Jam Caeneus Lapitharum rex, quem Nestor juvenis noverat, 67 annis ante bellum Trojanum sive 1250 a. Chr. ¹⁸ a Centauris interfectus est. Hoc igitur tempore Perrhaebos, qui inde a Gyrtone (Perrhaebica) usque ad ostia Penei habitabant, Lapithae oppresserunt et in mediam fluvii regionem compulerunt eorumque agros obtinuerunt; Centauris vi expulsis et in Aethicum fines fugatis ¹⁹ Pelium montem expugnaverunt, aliquot tamen campos ad Olympum sitos Perrhaebis concesserunt, alicubi etiam utrique permixti habitaverunt. Sed ex ea quoque regione, quam Perrhaebi Peneo adjacentem retinuerant, a Lapithis mox repressi, in Olympum montem et in Tempe, plerique ad Pindum, ad Athamanes et Dolopes discesserunt. Regionem relictam et reliquias omnino Perrhaeborum Larissaei vicini prope Peneum habitantes occupaverunt, qui fertilissimam planitiem colentes structis ex more omnium Larissaeorum ²⁰ aggeribus remedium invenerunt, quominus Nessonis lacus et Peneus in arva effunderetur. Eo usque Perrhaebiam tenuerunt et vectigalia exegerunt, donec Philippus Amyntae filius eorum agrum in potestatem suam redegit (Olymp. CIX, 1) ²¹.

12) Hist. univ. Vol. I. p. 844 sq.

13) Loc. cit. Vol. I. p. 169. cf. ibid. p. 465 Tab. geneal. 2da.

14) Loc. cit. Vol. II. p. 26.

15) De Minyis loc. cit. p. 198 sqq.

16) Orchom. p. 184 sqq.

17) Virgil. Georg. III. vs. 115 sq. ibiq. interpr. — Eckhel. loc. cit. p. 132.

18) Larcherus: 1373.

19) Homer, Iliad, B' vs. 744.

20) Strabo Lib. XIII. p. 621 C.

21) Strabo Lib. IX. cap. 5. §. 19. p. 439 sq. Cf. p. 430 et p. 441 B.

Eisdem per Lapithas propulsi sunt Aenianes et Athamanes ab Ossa monte et Dotio ²², ubi inter Perrhaebos habitabant ²³, dum ad Oetam resederunt (Oetaei ²⁴). Originem Aeniensium persequi non licebat, nisi sunt dicti ab Aeneo Penei nepote ²⁵; Aenea certe oppidum ad Acheloum fluvium inter Stratum et mare est recentius ²⁶, et aliud in Macedonia fortasse ab Eretriensibus conditum ²⁷. Athamanes autem ob perpetuas migrationes atque mutationes cum Perrhaebis confusi sunt. Namque Homerus hos ut vicinos conjunxit, et posteriores affirmant Athamanes diu in Dotio campo habitasse, qui Perrhaebiae, quae postea dicebatur, et Ossae ac Boebeïdi paludi propinquus, in media fere terra collibus inclusus erat. Strabone auctore plerique a Lapithis in Oetam ejecti, quum etiam Doribus et Maliensibus regiones nonnullas usque ad Heracleam et Echinum eripuissent, imperium tenuerunt; alii ad Cyphum montem Perrhaebicum in agro cognomini se sustinuerunt. Sed Perrhaeborum alii ad occidentem coacti, finitimi Macedonibus permanserunt, major pars in montes Athamaniae Pindumque elapsa est, ubi postero tempore per Amyntam regem Macedonum reliquis Epirotis jam defatigatis ad aliquam dignitatem aucti sunt. Strabonis tamen aetate nullum aut exiguum eorum vestigium superfuit ²⁸.

Etiam Aethices Perrhaebica gens ²⁹ a Lapithis sedibus suis moti esse videntur ³⁰ omninoque haec tempora significari ³¹ ab

22) De Dotio campo vid. Muelléri Orchom. p. 192. not. b.

23) Strabo Lib. I. p. 61 B.

24) Tittmann. Amphictyon. p. 41.

25) De Aenianibus Beck. p. 841. Otr. Muelléri Dor. Vol. I. p. 44 sq. Ejusdem. Aegin. p. 17. Schlichthorst. loc. cit. p. 106.

26) Strabo loc. cit. p. 450 C.

27) Raoul-Rochett. loc. cit. Vol. III. p. 205.

28) Strabo Lib. IX. cap. 5. §. 22. p. 442 et p. 427 extr.

29) Secundum alios Macedonica. Eustath. ad Hom. Il. B' vs. 744. De Aethicibus vid. Beck. p. 845.

30) Raoul-Rochett. loc. cit. Vol. II. p. 290 sqq.

31) Hieronymus ap. Strab. loc. cit. p. 443.

Hieronymo narrante Pelasgos e campestri Thessalia et Magnesia, qui postea Pelasgicus campus dicebatur, a Lapithis in Aetoliam expulsos esse. Habitabant tum temporis, ad Pindum et Poeum montes, Macedoniae vicini³² et plerumque Epirotis accensebantur³³, sed Strabonis jam aetate intercidisse dicebantur. Ibidem postea habitabant Falares Molossica gens ab iis, qui circa Tomarum degebant, avulsa³⁴.

Eas turbas excitaverunt Lapithae, moxque intraverunt novi coloni:

§. 6. Hestiaei et Myrmidones.

Cadmei post Thebas ab Epigonis occupatas (a. Chr. 1220¹) multum circumvagati², in Doridem, sive posteriorem Hestiaeotidem³, invaserunt incolasque ejecerunt⁴, nec solum illorum sedes, sed etiam Homolam montem omnium fertilissimum ad tempus⁵ et Arnam prope sinum Pelasgicum sitam⁶ occupaverunt. Pars in Homola habitans mox a Thersandro Polynicis filio revocata est⁷. Iidem iterum Thebis (1210) a Thracibus excitati et a Pelasgis Metaponto appulsis cum Arnaeis, qui a Boeoto Arnes et Neptuni filio Boeoti dicebantur⁸, civitatem constituerunt, quae usque ad 60^{mum} annum post Trojam captam sive 1120 a. Chr. duravit.

32) Strabo Lib. VII. cap. 7. §. 9. p. 327 C.

33) Id. ibid. p. 326. B. Id. Lib. IX. p. 430 A.

34) Id. ibid. p. 434 D.

1) Vid. Clavier. Vol. I. p. 302 sq. not. 3.

2) Apollodor. Lib. III. cap. 7. Segm. 3. §. 4.

3) Raoul-Rochett. Vol. II. p. 233.

4) Diodor. Lib. IV. cap. 67.

5) Pausan. Lib. IX. cap. 8 extr.

6) Schol. Aristoph. Nubb. vs. 133.

7) Pausan. loc. cit. Secundum Diodor. loc. cit. a Creonte tum rerum petito revocata est.

8) Diodor. loc. cit. cf. Raoul-Rochett. Vol. I. p. 418 sq. Siebel. loc. cit. p. 324 sqq. p. 203. De Boeoto et Boeotis vid. Muellieri Orchom. p. 392. Beck. loc. cit. p. 837 sq.

Dores autem a Cadmeis ejecti et in Pindi montis ⁹ locum translati ¹⁰, ubi Macednus cum suis resederat, in Perrhaeborum ditione sub Macednae gentis nomine habitabant. Tum ea regio Doris appellata est, quam mox Perrhaebi Eubocensi Hestiaeotide eversâ ¹¹ ob multitudinem Hestiaeorum, qui eo sponte commigraverant aut vi pertracti erant, ab his nominaverunt ¹². Hinc Dores in Dryopidem profecti sunt, ubi tetrapolin ¹³ condiderunt; deinde ad Parnassum repulsi ¹⁴, tandem in alias terras discesserunt.

Jam Peleus Aeaci filius Achillis pater cum Telamone fratre propter Phocum fratrem occisum ex Aegina expulsus cum Myrmidonibus se in Phthiotidem ad Actorem regem convertit, cui mortuo successit ¹⁵. Namque Aeacus Actoris (Actaei) filius ¹⁶ Myrmidonis e Pisidicâ Aeoli filiâ nepos ¹⁷ e Phthiotide in Peloponnesum profectus, cum Argivis atque Lacedaemoniis Oenonem (Aeginam ¹⁸) insulam coluit ¹⁹, ubi habitabant

9) Non in urbem Pindum, quod voluit Larcherus ad Herodotum, sed in montem Pindum Böckh. ad Pindar. Pyth. Od. I. vs. 66. p. 235.

10) Herodot. Lib. I. cap. 56. cf. Muelleri Dor. Vol. I. p. 17 sqq. p. 32 sqq.

11) De hac expeditione vid. Raoul-Rochett. Vol. II. p. 284 sqq. et de Hestiaeotide Beck. loc. cit. p. 839 sq.

12) Strabo Lib. IX. cap. 5. §. 17. p. 437. Charax ap. Stephan. Byz. Fragm. Seguier. s. v. *Δωριος*.

13) Mueller. Orchom. p. 497. sq. De Pindo oppido Schol. Pindar. Pyth. I. vs. 121. p. 306 ed. Boeckh. Raoul-Rochett. Additamen. Vol. IV. p. 392. Muelleri Dor. Vol. I. p. 37 n. I.

14) Andron. ap. Strab. Lib. X. p. 475 D. Conon. Narrat. XXVII. Vide tamen Raoul-Rochett. Vol. II. p. 65 sqq. quocum cf. Muelleri Orchom. p. 498.

15) Diodor. Lib. IV. cap. 72 ibiq. Wess. Pindar. Nem. IV. vs. 56 (91). Muelleri Orchom. p. 257.

16) Saxii Tab. Geneal. Nro. VII.

17) Apollodor. Lib. I. cap. 7. Segm. 3. §. 5. Diversus est Actor Deionis filius ipseque Aeoli nepos Opuntius. Heyne Observv. ad Apollod. Lib. III. cap. 13. Segm. I. p. 310. Ejusd. ibid. Tabul. Geneal. VIII b sqq. p. 372 sqq. Beck. loc. cit. p. 831. Siebelis loc. cit. p. 99. Eisdem esse putat Phthiotam et Opuntium Actorem Otrfr. Muellerus Aeginet. p. 12 sq.

18) Otrfr. Mueller. loc. cit. p. 7. sq.

19) Theagenes Lib. de Aegina ap. Schol. Lycophron. Cass. vs. 176. p. 25 a, et apud Schol. Pindar. Nem. III. vs. 21. p. 442. Eustath. ad Il. B' vs. 684. p. 320, 40.

Myrmidones, qui, ut alia omittamus nominis commenta²⁰, e dorica forma pro vulgari *μύρμηκες*²¹ vocati fuisse dicuntur, quia primi Aeginae incolae (*αὐτόχθονες*) terram tanquam formicae fodientes, agriculturae causa in saxa intulerint et ut troglodytae in fossis habitaverint²². Etymologias Grammaticorum licet non magni aestimemus, rem tamen per eos posteritati traditam hic non negligendam censemus, quia etiam Phoenicum nomen eandem significare quidam volunt, penes quos fides et auctoritas erit²³. Myrmidones certe omnes Aeginetae vocati erant²⁴, indeque qui Peleum ex Aegina in exilium profugientem secuti, postea Achilli et Patroclo parebant²⁵. Dolopibus²⁶ autem, qui extremam Phthiam incolebant²⁷ Pindo vicini et Peleo subditi, ejusdem dono Phoenix imperavit²⁸. Myrmidonum vero cum Achaeis, Hellenibus et Phthiis permixtorum nomen mox evanuit.

20) Vide Otrf. Mueller. loc. cit. p. 14 sqq.

21) Hesych. s. v. *μυρμηδών*.

22) Theagenes loc. cit. Strabo Lib. VIII. cap. 6. §. 16. p. 375 C. ibiq. Tzschucke. Eustath. ad Dionys. Per. vs. 511. p. 199 ed. Bernh. Heyne Observv. ad Apollodor. Lib. I. cap. 7. Segm. 3. p. 41. Id. ad ejusd. III, 12, 16. p. 306 cf. id. ad Hom. Il. B' vs. 684. Vol. IV. p. 365 et p. 307. Beck. loc. cit. p. 895 sq. Schlichthorst. loc. cit. p. 94. Raoul-Rochett. loc. cit. Vol. II. p. 184 sqq. p. 216 sqq.

23) Interpretes ad 4 Mos. XIII, 23 et 28. *פְּנִינִים* Phoenices esse putant, et Michaelis Supplement. p. 1934 sq. eo troglodytas significari affirmat. Rectius illi Ph pro articulo habuissent. Fréret. loc. cit. p. 37. Beck. loc. cit. p. 257. Cf. Champollion *Récherches Explic. Tab. init. De Enakim* gigantibus vide modo locos classicos 5 Mos. II, 10 sq. 20 sq. III, 11. IX, 2. Ex Fréreti sententia Phoroneus, quo Inachi filius nominabatur, idem est nomen, quod Ph-Aron sive Pharaon.

24) Strabo Lib. VIII. p. 375 C.

25) Strabo Lib. IX. cap. 5. §. 9. p. 433.

26) De Dolopibus vid. Beck. loc. cit. p. 832. p. 842. Siebel. loc. cit. p. 86. Raoul-Rochett. loc. cit. Vol. II. p. 292. Muelleri Aegin. p. 16 sq.

27) Hom. Iliad. I' vs. 480.

28) Strab. Lib. IX. cap. cit. §. 11. p. 434. §. 18. p. 438.

§. 7. Thessali.

His narratiunculis ducti ad Trojana tempora descendimus. Homerus, Locridis quoque et Dolopiae ulterioris aliquas partes adsumens, terram, quae paulo post uno nomine Thessalia vocata est, in decem regna divisit: Achillis, Protesilai, Eumeli, Philoctetae, Podalirii et Machaonis Asclepiadarum, Eurypyli, Polypoetae, Gunei, Piranthoi¹, et Phoenicis Dolopum ducis². Quae regna describere et recensere nostro consilio alienum est, eique negotio, quod et Strabo noni libri toto quinto capite et Schlichthorstius, Schoenemannus, Schlegelius, alii singularibus libris expederunt³, nos hic merito supersedemus.

Post Trojam captam (1182) Thessali, quos e Co insula Antiphus et Phidippus Thessali Heraclidae filii contra Trojam duxerant, Antipho in reditu mortuo⁴, in Pelasgorum terram⁵ pervenerunt, parvam posterioris Thessaliotidis partem⁶, eique nomen Thessaliae imposuerunt⁷. Phidippus autem in Thesprotiam cum suis appulsus est⁸, unde alius Thessalus Aeati filius Phidippi nepos⁹ Thessali pronepos Heraclida colonorum dux, acer belli juvenis, cum magna civium manu 60 annis post (a. Chr. 1120) Pelasgiam eam reliquam armis occupavit¹⁰, populos

1) Iliad. B' vs. 681 sqq.

2) Ibid. Y' vs. 475 sqq.

3) Vide etiam Beck. loc. cit. p. 842.

4) Hom. Odys. B' vs. 19. Cf. Buttmann. de Aleudis p. 180.

5) Clavier. loc. cit. Vol. II. p. 19. sq. Raoul-Rochett. loc. cit. Vol. II. p. 378 sqq. Mueller. Dor. Vol. I. p. 421.

6) Buttmann loc. cit. p. 185 et p. 198.

7) Tzetz. ad Lycophr. vs. 911. p. 101 b. extr. Schol. Apollon. Rh. Lib. III. vs 1089. Alii nominatam fuisse terram volunt ex antiquissimo Thessalo Haemonis filio. Vide Rhianum poetam ap. Tzetz. loc. cit. Strab. Lib. IX. cap. 5. §. 23 p. 443. At vide Buttmann. loc. cit. p. 179 sq.

8) Strabo loc. cit. p. 444. cf. Raoul-Rochett. Vol. II. p. 377 et p. 436 sqq.

9) Polyaen. Lib. VIII. cap. 44, ubi *Φιλίππου* corrigendum est in *Φιδίππου*. Vide Raoul-Rochett. loc. cit. Vol. II. p. 438. Buttmann. loc. cit. p. 180.

10) Vell. Patereul. Lib. I. cap. 3.

reddidit vectigales ¹¹, Boeotos, qui adhuc Arnae habitaverant, Thebas repulit ¹², relictos ut Penestas suis permisit ¹³, totamque, quae adhuc appellata erat Aeolis ¹⁴, Thessaliam nominavit ¹⁵, Hestiaetidem solam, quartam regionem, nomine nondum privavit ¹⁶.

Inde non solum Thessaliae, sed etiam totius Graeciae forma commutata est ¹⁷.

§. 8. Appendix: Aleuadae Thessaliam in quatuor partes descripserunt.

Hic subsistendum esse videtur, nec verbosius exponendum Lacedaemonios belli Peloponnesiaci anno VI^{to} (Olymp. LXXXVIII, 3. a. Chr. 426) Heracleam in agro Trachiniorum ab Oetaeis finitimis attritorum condidisse ¹, neque alias res nunc commemorandas esse putamus; pertinet vero ad nostram rem, quod Aleuadae Thessalorum posteritotam terram in certas partes diviserunt.

Aleuas *πυρρός* i. e. *rufus*, qui fortasse 620 a. Chr. vixit ², Thessaliam plurimis civitatibus variisque gentibus adhuc discretam in

11) Vid. Muell. Dor. Vol. II. p. 65 sq.

12) Thucyd. Lib. I. cap. 12. Strabo Lib. IX. p. 401 C. Zenobius ap. Schol. Aristoph. loc. cit. Cf. Raoul-Rochett. Vol. II. p. 439 sqq.

13) Boeckh. ad Pindar. Pyth. X. Explan. p. 332. Beck. Hist. Univ. Vol. I. p. 839.

14) Herodot. Lib. VII. cap. 176. Diodor. Lib. IV. cap. 67.

15) Diodor. Lib. IV. cap. 55. Strabo Lib. IX. extr. p. 443. Lib. XI. 531 D. cf. Clavier. loc. cit. Vol. II. p. 41 sq. Kruse loc. cit. p. 490 sqq. Tzschucke ad Pomp. Mel. Vol. III. P. II. p. 191. De diversis nominibus Thessaliae Strab. Lib. IX. extr. ibiq. Siebelis loc. cit. p. 90. Stroth. Handbuch der Geographie Vol. II. p. 741 sqq.

16) Charax Lib. VII. ap. Stephan. Byz. Fragm. s. v. *Αλώγοι*.

17) Wachsmuth loc. cit. p. 49 sqq. p. 97 sqq.

1) Thucyd. Lib. III. cap. 93. ibiq. intrr. Diodor. Lib. XII. cap. 59. Simson. Chronic. Cath. ann. 3579.

2) Si recte se habent, quae Buttmanno duce proponamus, haec: Thessalus a. Chr. 1120. Ex ejus posteris Archedice, mater Aleuae rufi 620. Ejus filius Simus 590, pater Aleuae, amici Simonidi nato 557. Ejus posteritotam terram, qui Xerxi faverunt 480.

4 partes, quarum quaeque Tetras dicebatur, descripsit et ordinavit³: in Thessaliothem, Phthiotidem, Pelasgiotidem et Hestiaeotidem⁴; Magnesia autem sive ora maritima citra Pelion Thessaliae subdita ante Romanorum imperium non adnumerabatur⁵.

Certae illae et confirmatae partes, quamvis singulae civitates diversâ formâ regerentur, perpetuae fuerunt; sed postero tempore, certe ab a. Chr. 404⁶, Thessalia semper commota, turbata et factionibus dilacerata⁷, Aleuadis⁸ oppressis, diu Pheracis tyrannis obediit, dum Philippus Amyntae filius libertate sublatâ pristinas Tetradas restituit et Decemviris subdidit, itaque et Tetrarchias et Decadarchiam instituisse recte dicitur. Id quod Deo annuente alibi probabimus.

3) Aristotel. ap. Harpocrat. (inde Suid. Phot. et Etym. M.) s. v. *Τετραρχία* Ἀριστοτέλης ἐν τῇ κοινῇ Θεσσαλῶν πολιτείᾳ (p. 115 ed. Naumann): ἐπὶ Ἀλεῦα τοῦ Πυρρόου (i. e. Pyrrhi filio, sed scribendum videtur *πυρρόου* i. e. *rufi*, vid. Schneider. Excurs. ad Aristot. Polit. p. 499. Boeckh. Expl. ad Pind. Pyth. X. p. 332 extr. Buttmann. loc. cit. p. 175) διαρῆσθαι φησιν εἰς τέτταρας μοῖρας τὴν Θεσσαλίαν. Cf. Buttmann. loc. cit. p. 198 sq.

4) Hellanicus in Thessalicis ap. Harpocr. loc. cit. Fragm. 42. p. 79 ibiq. Sturz. Strabo Lib. IX. cap. 5. §. 3. p. 430, ubi de finibus quoque 3 partium, reliquam planitiem puta Thessaliothem assignandam. Ptolem. p. 84. Schol. Apollon. Rh. Lib. III. vs. 1089. p. 258. Eustath. ad Iliad. p. 320, 28. Vide supra §. I. nott. 10 sqq. Cf. Buttmann. loc. cit. p. 185 sq. De Thessaliae partibus vid. Beck. loc. cit. p. 330 sqq. p. 831 sqq. p. 845.

5) Scylax p. 25. ed. Hds. Aeschyl. Pers. vs. 493 (487) sqq. Hieronym. ap. Strab. Lib. IX. cap. 5. extr. §. 22. p. 443. De Magnesia vid. Beck. loc. cit. p. 833 sq.

6) Xenoph. Hell. Lib. II. cap. 3. §. 4.

7) Videsis nos ad Demosth. Olynth. II. §. 14. not. 6.

8) De Aleuadis vide quos citavimus Prolegg. in Demosth. Phil. §. 24. n. 1—2.

Zu der bevorstehenden Prüfung und Progressions-Feierlichkeit habe ich die Ehre alle Hohen Gönner und alle Hochgeschätzten Freunde unserer Schule ehrerbietigst und ergebenst einzuladen, namentlich die Hohen und die Hochwürdigen Obern, die Hochlöblichen Bürger-Repräsentanten, die Hoch- und Hoch-ehrwürdigen Geistlichen aller Confessionen, die Gelehrten und Gebildeten jeden Standes und jeden Faches und die verehrtesten Eltern unserer Schüler. Möge die zahlreiche Gegenwart Derselben unsere Prüfung und Feierlichkeit verherrlichen und der hoffnungsvollen Jugend zur Ermunterung dienen!

Prüfung.

Montag bis Freitag, vom 6. bis 10. April incl., zu der gewöhnlichen Unterrichtszeit im Gymnasiums-Gebäude selbst.

Progression

(im Kaisersaale).

Montag den 13. April Nachmittags 3 bis 5 Uhr.

Choral.

Nach der Eröffnungsrede des Rectors werden folgende Schüler die Ehre haben sich im Vortrag zu versuchen:

Mloys Joseph Kenner, Primaner: Ueber den Triumvir M. Antonius.

Johann Benedict Listig, Secundaner: Ueber das Licht.

Ernst Joseph Georg Kilp, Selectaner: De Gracchorum seditionibus reip. perniciosissimis. Er nimmt zugleich Abschied von der Schule.

Versezung. Gesang.

Schulnachrichten.

Das dreihundertjährige Jubiläum unseres Gymnasiums fällt in den Herbst dieses Jahres.

Herr Leopold Stein, Amtskeller am Katharinen- und am Weißfrauenkloster, welcher in Folge seiner Geschicklichkeit, Brauchbarkeit und Thätigkeit auch noch auf Hochlöblicher Stadtkämmerei angestellt worden war, mußte wegen

überhäufte Geschäfte gegen Ende des vorigen Sommers den Unterricht in der Kalligraphie an dem Gymnasium aufgeben. Die Methode, welche er anwendete, bewährte sich durchaus und seinem unermüdeten Eifer, wie seiner klaren Einsicht im Praktischen verdanken wir manche bessere und bleibende Einrichtung. Seine Lebensbeschreibung sieht Osterprogramm 1825.

An dessen Stelle kam Herr Lauten, welcher als Meister seines Faches durch seine Tableaux allgemein anerkannt ist und dessen Lehrgabe sich im Laufe dieses Semesters hinreichend bewährt hat. Er beschreibt sein Leben folgendermaßen:

»Den 17. Nov. 1789 wurde ich in Cöln geboren, wo mein Vater J. Wilhelm Lauten Königl. Preuß. Notar mit meiner Mutter Theresia Ursula geb. Paes noch wohnhaft ist, und erhielt den ersten Elementar-Unterricht in der Privatanstalt der Herren Gebrüder Schumacher daselbst. Späterhin vereinigten sich diese mit dem Pädagogen Carl Schug, damals Erzieher des Prinzen Philipp von Aremberg, und bildeten ein Institut, welches besonders frequent von Pensionairs aus den ersten Familien Deutschlands und Frankreichs besucht wurde. Schug übernahm die Direction dieses Instituts, docirte Lateinisch, Griechisch und die neuern Sprachen, als: Englisch, Italienisch und Französisch. Sowohl an diesen als an allen übrigen Lehrstunden nahm ich bis zu meinem fünfzehnten Jahre Antheil, hörte dann noch zwei Jahre Physik und Mathematik bei Kramp, Literatur bei Walraf und die Syntax der französischen Sprache bei Faber in der Central-Schule zu Cöln. In meinem achtzehnten Jahre trat ich, durch besondere Umstände veranlaßt, als Lehrling in das Handlungshaus Charlier und Remy in Cöln. Ich kann nicht umhin zu bemerken, daß der Chef dieser Handlung, Herr M. J. Charlier, jetzt Vorsteher eines berühmten Handlungsinstituts in Lüttich, welches auch hier vortheilhaft bekannt ist, ein durchaus umsichtiger Geschäftsmann war, dem ich ausserordentlich viel verdanke. Er war es, der mich gleich seinem Sohne in Schug nahm, er war es, der mich geistig belebte, der mich denken lehrte, der mich das Gedachte und Gelernte zu ordnen anleitete, und an ihm hatte ich ein tüchtiges Vorbild. Mit Freuden erinnere ich mich noch seiner schön und richtig gestellten deutschen und französischen Briefe, die mir lange Jahre als Muster dienten. Herr Charlier war mein zweiter Vater; ihm zolle ich hier öffentlich meinen innigsten Dank. Nach abgelaufener Lehrzeit wurde ich im Jahr 1810 als Buchhalter im Hause Carl Schmitz in Mainz angestellt, blieb dort drei Jahre und gieng 1813 nach Brüssel in das Fabrikgeschäft von

Wilh. Jac. van Hees und Comp., bei welchen ich als deutscher Correspondent ebenfalls drei Jahre arbeitete. Im Jahr 1816 übernahm ich für mehrere Handlungshäuser ausgedehnte Geschäftsreisen durch Deutschland, Holland, Brabant und Frankreich, und kam im Jahr 1819 nach Frankfurt am Main. Hier fand ich als Comptoir-Gehülfe mein gutes Auskommen und beschloß um so mehr, als meine sel. Schwester hier verheirathet war, mich hier zu fixiren. Nach 4 Jahren gieng die Handlung, bei welcher ich angestellt war, ein, und ich fand mich plötzlich ohne Anstellung. Um diese Zeit bei einem Besuche zu meinen Eltern, kamen mir die ersten Blätter des genialen Zeichners und Calligraphen W. Schulzen zu Gesicht. Ich kannte Schulzen von früheren Zeiten, trat nun mit ihm in engere Verbindung, besuchte ihn öfters in Bonn und bereicherte, durch seinen Rath unterstützt, meine Kenntnisse in der Schönschreibekunst, so daß ein Hoher Senat am 12. Febr. 1824 mir die Vergünstigung gestattete, freien Unterricht im engl. und deutsch. Schönschreiben ertheilen zu dürfen. Am 9. Nov. 1824 wurde mir, durch Verheirathung mit der hinterlassenen Wittwe des früher am Gymnasium angestellten Schreiblehrers, des sel. Herrn J. C. Müller, das Bürgerrecht ertheilt. Seitdem beschäftigte ich mich ausschließlich mit dem Privat-Unterricht im deutschen und engl. Schönschreiben, bis ich am 14. Aug. vor. Jahrs, nachdem ich meine Probeschriften eingereicht, von einem Hochw. Ev. Luth. Consistorium zum Schreiblehrer am hiesigen Gymnasium ernannt wurde.

Gerhard Adolph Lauten.

Den Herbst desselben Jahres schied aus unserer Mitte der jetzige Herr Pfarrer Johann Dr. Minner zu Hausen. Er war Herbst 1822 als Collaborator für Untersexta angestellt worden (s. Osterprogramm 1825, wo seine Lebensbeschr. steht) und hat sich durch treue Amtserfüllung, durch gewissenhafte Leistungen und durch seine gute und wahrhaft väterliche Art mit den Kindern umzugehen ein bleibendes Denkmal in den Herzen seiner Schüler gesetzt. Wir begleiten ihn mit unsern besten Segenswünschen in seinen neuen Wirkungskreis.

An seiner Stelle vicarirt provisorisch Herr Dr. Eduard Wirsing, dessen reger Eifer durch glücklichen Erfolg belohnt wird. Ueber sein Leben theilt dieser Folgendes mit:

»Am zweiten Tage des Novembers im Jahre 1800* wurde ich, der jüngste Sohn des Juweliers und Goldarbeiters Joh. Wirsing, in hiesiger Stadt geboren. In dem Institute, dessen Gründer und Vorsteher der sel. Dr. Kemmeter war,

erhielt ich vom siebenten bis zum zehnten Jahre den ersten Unterricht. Am 15. Juni 1810 trat ich in die Sexta des hiesigen Gymnasiums ein und besuchte diese Lehranstalt unausgesetzt bis zu Ostern 1818, wo ich zur Universität entlassen wurde, um mich dem Studium der Theologie zu widmen.

Angezogen von dem großen Rufe Göttingens, wo außer andern berühmten Männern der ältere Plank und Eichhorn lehrten, und durch den Rath einsichtsvoller Freunde meines Vaters noch mehr bestimmt, bezog ich diese Hochschule. Aber noch vor Ablauf des ersten Halbjahrs traten Störungen ein, welche eine Unterbrechung des Unterrichts in allen Fächern zur Folge hatten und mich, wie jeden Ausländer, nöthigten, Göttingen zu verlassen. Nachdem ich nun ein Jahr lang in Heidelberg meine Studien fortgesetzt hatte, ging ich im Herbst 1819 nach Halle, um dort, besonders unter Niemeyer, Knapp, Gesenius und Gruber, meine akademische Laufbahn zu vollenden. Im Herbst 1821 kehrte ich in die Vaterstadt zurück, wo ich im Jahr 1823 coram ministerio examinirt und in die Zahl der Candidaten der Theologie eingereiht wurde. Seit dem Sommer 1824 bekleide ich die Stelle eines Predigers und Kranken-trösters am hiesigen Versorgungshause. Am 29. März 1827 wurde ich von Einem Hochwürdigen Ev. L. Consistorium examinirt und in demselben Jahre auch unter die Candidaten des Predigtamtes aufgenommen. Seit dem Herbst vorigen Jahres endlich ward mir am hiesigen Gymnasium in Untersexta zu vicariren provisorisch übertragen und bald darauf von der Universität Gießen die philosophische Doctorwürde zuerkannt. «

Mit innigstem Danke erwähnen wir nun noch der erfreulichen Beweise eines milden und frommen Sinnes, der sich in folgenden Geschenken für unsere Wittwen- und Waisenkasse aussprach:

den 26. Aug. 1828. v. Herrn Remigius Eysen	15 fl. — fr.
» 25. Sept. — » » Johannes Pilgeram	2 » 42 »
» 14. Nov. — » » einem Ungenannten	5 » 24 »
» 18. Febr. 1829. am Stiftungstage	18 » 54 »
» 4. März — v. Herrn Kann	5 » 24 »
» 25. » — » » Hörle	20 » 24 »
	<hr/> 67 fl. 24 fr.